Manilius Octauius. Tarquinij gener, qui Romanis bellum intulit.Liuio.lib.1.
Maniolæ.insulæ eo aduerso Indiæ extra Gangem.
Manius. prænomen ab eo quod mane quis initio natus sit, vt Lucius qui Luce.Fest.
Manius Marcius.ædilis, primum frumentum populo in modios assibus donauit.Plin.lib.18.c 3.
Manliana.opp.est Hispaniæ Lusitaniæ.Ptol.
Manliana.op.est Tuscorũ in Italia.Ptol.Vul.Malliano
Manlius.nomen viri proprium.
Manlius Antiochenus.conditione seruus, arte Astrologus, ac poeta.Plin.lib.35.c.17.
Manlius Capitolinus.sic ob defensum Capitoliũ dictus
T.Manlius Torquatus.cognomento Imperiosus, vnde
Manliana imperia, prouerbium in eos qui nimis rigida iuris obseruatione, humanitatis & æquitatis obliuiscuntur.
Manlius Volso, contra Gallogræcos bellum gessit, & eos superauit, de quo Liuius lib.4. Decadis.1.
Manlius Torquatus. orator plus habuit facultatis ad dicendum quam voluntatis.Cicer.
L.Manlius.pictor insignis, de quo Macrobius.
Manus filius fuit Teutonis dei, a quo dicti Alemanni.
Manoba.opp.est Beticæ in ora maritima.Vul.Bezmiliana.
Manocaminum.ciuitas est Aegypti.
Mareli.pop.sunt Libyæ interioris.Ptol.
Manrali.pop.sunt Colchidis regionis.Ptol.
Manteum.opp.est in Ionia.Plin.lib.5.c.29.
Manteum aliud.opp.est Colophoniorum.Plin.ibidem.
Manthyrea.locus est in Arcadia regione.
Mantiens.pop.cõfines Armenijs & terræ Cissiæ.Her.
Mantinea, quæ Ptol. Mantinia & postmodum Antigoni oppidum in eadem Arcadia.Plin.lib.4.c.6.
Mantinum.ciuit.est Corsicæ insulæ.Ptol.
Mantius.Melampi filius ex Iphienassa Præti filia.
Mantous.fuit Tiresiæ vates Thebani filia.Virgil.10.
Mantus.opp.est Galliæ Cisalpini.Virgilij patria.
Mantua. ab Ocno filio Tyberis, & Mantus Tyresiæ vatis filia condita dicitur.Vulg.Mantoua.

Mantuanus.a.um.a Mantua deducitur.
Mantua quoq;.opp.est Hisp.Ptol.Vulg.Madrid.
Mapalia domus sunt pastoriciæ in Cyrenaica regione.
Mapeta.ciuitas est Sarmatiæ in Asia.Ptol.
Maphoritæ.pop.sunt Arabiæ felicis.Ptol.
Mapsa.ciuitas est Idumeæ in Palæstina.Ptol.
Marabina.opp.est Cyrenaicæ regionis.Ptol.
Mara.ciuitas metropolis Arabiæ felicis.Ptol.
Maraca.ciuitas est Arabiæ felicis.Ptol.
Maraga.ciuitas est Arabiæ felicis.Ptol.
Maras.vir apud Beroen Syriæ ditissimus,humanus.e. officiosus,vt scribit Eras.
Marasdi.ciuitas est Arabiæ.Ptol.
Marathe insula est prope Corcyram.Plin.lib.4.c.12.
Marathasium.vrbs Cariæ,gentile Marathesij.Steph.
Marathon.locus eclebris in Attica regione.Strab.
Marathō.opp.iuxta Thricoritū & Rhamnē.Str.li.9.
Marathonias.a.um.idest.res ad Marathonē pertinens.
Marathonius taurus.dictus est quem apud Marathonē Theseus interfecit.
Marathonius.campus est in Hispania citerioris.Stra.
Marathus.parua vrbs est Phocidis.Strab.lib.9.
Marathusa.opp.est Cretæ mediterraneum.Plin.lib.4.
Marathusa.insula est adiacens Epheso, quæ & Clazomenia,sic dicta a copia fœniculi.
Marecum mons Troadis iuxta Geragitem.Steph.
Marcella. mulier Rom. quæ quum a matre rogaretur, nunc gauderet, se nupsisse. respondit, Ita valde vt amplius nolim.
Marcellus.vir Romanus clarissimus,de quo Plutar. & alij scripserunt.
Marchubij.pop.sunt Africæ propriæ.Plin.lib.5.
Marcinna.ciuitas est in Italia.Strab.lib.5.
Marclylas.latro insignis in sylua Dodonæa.Tortel.
Marcodaua.ciuitas est in Dacia.Ptol.
Marcodurum Vbiorum vicus in Belgica.Vulg.Dura.
Marcomani.populi Germaniæ, quos nunc Morauos & Bohemos dici existimant.
Marcoti.pars est,quæ vbi mari imminet Tenia dicitur
Marculus.diminutiuum a Marco,inquit Festus.
Mardara.ciui.est Armeniæ minoris.Ptol.
Mardara.ciuitas est Ponti Cappadocum.Ptol.
Mardi.pop.sunt Armeniæ maioris.Ptol.
Mardocea.regio est Babyloniæ.Ptol.
Mardonia.regio est Epiroticæ regionis.
Mandonia.mendose pro Pandosia legitur Theopomp.
Mardonius Persa, pro Xerxe in Græcia bellū gerens. ab Arimcesto Spartiata saxo obrutus est.Plut.
Marea.vrbs est Aegypti Africam versus. Herod.li.2.
Mareotis.locus est prope Alexandriam.Plin.li.5.c.10.
Mareotis.portio est Africæ iuxta Cyrenaicam.
Mareotis.idis.regio est pars Aegypti.
Mareotis.villa est præfectura Libyæ.Ptol.
Mareotis.pars Epiri,in qua optimum vinum nascitur.
Mareoticus.a.um.res ad Mareotidem pertinens.
Mares.pop.vicini in Mosinœcis.Steph.
Margæa.nomen fontis.Plinio,quo nomine dicta est Vrbs,in Elide,gentile Margeus.Steph.
Margalæ.ciuitas est in Peloponneso.Strab.lib.8.
Margasi.pop.sunt Mediæ.Ptol.
Margiana.regio est Asiæ maioris.Strab.lib.10.
Margiana, regio est in Media, vnde Margiani. hodie Zagatai dicuntur.
Margus.flu.Margianæ regionis in Oxum fluens. Ptol. lib.6.c.10.
Maria.fœmininum est a nomine Marius.Claud.
Maria.nomen Virginis Deiparæ.
Maria.palus est in Aegypto Marmarica.Ptol.
Mariaba.metropolis est Sabæorum Strab.lib.16.
Mariama.ciuitas est Arabiæ felicis.Ptol.
Mariama.ciui.est Casiotidis regionis Syriæ.Ptol.
Mariamitani.pop.sunt Syriæ Cœles.Plin.lib.5.
Mariana.ciuitas est Corsicæ insulæ.Ptol.
Mariana fossa.locus est in prouincia Narbonensi.
Mariana fossa.inter Masiliam & Rhodanum assidet. Pomp.Vulg.Aguas muertas.
Mariani.montes in Bætica.nunc Sierra Morena.
Mariandini.pop.sunt confines Bithyniæ Herod.
Marica. dea est litoris Minturniensium iuxta Lyrim amnem.Horat.8.carminum.
Marica.ciuitas est Persidis regionis.
Marica.sylua est Italiæ in Campania.
Maridunum.opp.est Britanniæ insulæ.Ptol.
Marimarusa. a Cimbris dicitur, quod mare mortuum
Marina.palus in Cyrenaica regione. (opp.
Mariona.ciuit.est Germaniæ.Ptol.Vul.Lunemburg.
Marionis alia.ciuitas Germaniæ.Ptol.
Maris.flu.Agathirsorum in Istrum fluens.Herod.li.4
Marithi.montes sunt in Arabia felici.Ptol.
Marium.opp.Cypri insulæ.Steph.
Marius Arpinas humili loco natus septies apud Romanos consul fuit.Plutar.
Marij.multi fuerunt,de quibus vide Volaterranum.
Marmaces.pop.Aethiopiæ.Steph.
Marmarica.regio est Aegypto,& Libyæ vicina. hodie Barcha.
Marmaridæ.pop.Africæ Aegypto cōtermini.Plin.li.5.
Marmaripus.a.um.res ad Marmaridas spectans.
Marmarium.opp.est Eubœæ insulæ.Strab.
Marmatia.gens est in Sarmatiæ Europæ.
Marnā.tēplū Iouis Cretensis in Gaza Palæstinæ.Step.
Maro.vt quidam volunt opifex figulus, pater Virgil.
Marobudum.opp.est Germaniæ.Ptol.
Maroneia.ciui.est Ciconiæ in Thraciæ Chersonneso.
Maroneia.vrbs est Tharciæ.Herod.li.7.Vul.Maroña
Maroneia, a Marone rege Thraciæ vnde vinum Maroneium.
Maroneia,ab Euandro Rhadamanti filio condita. Herod.lib.6.
Maronias.ciuitas est Chalcidicæ regionis Syriæ.
Marora.opp.est Cappadociæ.Ptol.
Marpasa.opp.Asiæ,de quo Plin.lib.2.& 10.
Marpesus.mons in Paro insula,a quo.
Marpesius.a.um.Virg. Aut stet Marpesia cautes.
Marpissa.filia Eueni speciosa inter paucas nymphas.
Marrabius.flu.est Sarmatiæ Asiaticæ.Ptol.
Marrasium.opp.est Persidis regionis.Ptol.
Marrubium.opp.est Marsorum.Strab.Vul.Mauro.
Merucini.pop.sorum in quarta Italiæ regione.
Mars.apud gentiles deus belli creditus est.Varr.
Mars.dictus quod maribus in bello præsit.
Mars.a poetis Mauors dicitur quod magna vertat.

Marsi.pop.Italiæ inter Pelignos & Samnites.
Marsi.populi in Scythia.Herod.lib.4.
Marsia.regiuncula Italiæ a Marso Circes filio dicta.
Marsus.a.um.& Marsicus.a.um.adiectiua.Cic.
Marsia.flu.Apameam præterfluens.
Marsippus.vrbs Phœniciæ,gentile Marsippius.Steph.
Marsonia.ciuitas est Pannoniæ inferioris.Ptol.
Marspiter.Martis pater,sicut Diespiter diei pater.
Marstitæ.pop.fuerunt in Liburnia.Plin.lib.3.
Marsyas. Peleus historicus,scripsit res Macedonias. lib.10.Suid.
Marsyas Tabenus,scripsit de trāquilitate animi libros (12.Suid.
Marsias.tibicen insignis ex Celenis oppido Phrygiæ.
Marsias.flu.ex Hydriade regione defluit in Meandrū. Her.lib.5.
Marthula.ciuitas est in Cappadocia.Ptol.
Martia. Catonis filia minor, dixit in vxoribus magis elegi solere diuitias quam pudicitiam.
Martia.aqua Romæ fuit oriens in vltimis montium Pe lignorum.
Martia aqua,quondam Aufeia vocabatur,fons ipse Pi conia.
Martiales,quidā appellabantur ministri publici Martis
Martialis.poeta qui epigrammatum festiuitate epigrā matici nomen promeruit.
Martini.pop.sunt Arabiæ desertæ.Ptol.
Martion Smyrneus. vir qui de simplicibus affectibus scripsit.Plin.lib.26.c.3.
Martius,qui Ancus cognominatus est,quartus Romanorum rex.Plin.lib.31.cap.
Martius cāpus.Romæ dictus est,quod Marti cōsecratus (esset.
Maruingi.pop.sun Germaniæ magnæ.Ptol.
Marurus. Tribunus plebis cum Flauio coronas Cæsaris dictatoris,statutis detraxit.Plut.in Cæsare.
Marullus.item poeta mimographus sub Antonino prin (cipe.
Marmidæ.pop.sunt Mediæ.Ptol.
Masada.castellum est Iudeæ Palæstinæ.Plin.lib.5.c.19.
Masaram.ciuitas est Armeniæ minoris.Ptol.
Masatat.flu.est Mauritaniæ.Plin.lib.5 c.1.
Masati.pop sunt Mauritaniæ.Plinio ibidem.
Maschinc.vrbs Scenitarum Arabum Steph.
Mascotus.vrbs Lybiæ,& alia prope Hesperides.Step.
Masdoramus.mons qui Parthos ab Asia separat.
Masæsolij.pop.sunt Mauritaniæ Cæsariensis.Ptol.
Masetis.palus quidam & vicus,& insula.Steph.
Masices.pop.sunt Mauritaniæ.Ptol.
Masicolus.mons est in Lycia.Ptol.
Masinissa. Numidarum rex in Africa, prius Romanorum hostis,deinde amicus perpetuus.Liuio.
Masitholus.flu.est Libyæ interioris.Ptol.
Masitholas. a monte qui Theonochima, idest, deorum currus dicitur,fluit.
Massa.flu.est Libyæ interioris.Ptol.
Massadalis.villa est Marmaricæ in Aegypto.Ptol.
Massagetæ.pop.Scythiæ Asiaticæ Oriētē versus.Luca.
Massagetes.pop.Thraciæ Septentrionales.
Massalia.flu.est Cretæ ins.Ptol.Vulg.Mesauo.
Messani.pop.sunt Arabiæ desertæ.Ptol.
Massaura.vrbs Indorum,gentile Massaureus.Steph.
Masia.ciuitas est in Peloponneso.Strab. (xia
Masica.regio Bæticæ Tartesis opp.quæ Vitruuio.Ma
Massicus.mons est Campaniæ,optimi vini ferax.Vnde.
Massicus.a.ū.adiect.vt Munera Massica Bacchi.Vir.
Massicum. dicitur ipsum vinum ex Massico mōte prouenies.Hort.
Massilia.ciui.est prouinciæ Narbonēsis.Vul.Marsella.
Massilia altera.ciui.Romanorū in Narbonēsi puincia.
Massiliensis, Massilitanus, & Massilioticus.a.um. a Massilia dicuntur.
Massilioticum ostium.vnum ex Rhodani ostijs.
Massierius.eques Romanus iurisconsultus tēpore Tyberij non incelebris.
Massyla.prouincia est quam quidam Getuliæ,& Numidiæ vicinam dicunt.
Massyli,& Massylæi.pop.Africæ propriæ dictæ.
Massyli.siue Massuli.Virg.Massyliq; ruunt equites,& adora canum vis.
Massyli,vnde Massylij,& Massylei,& Massylus.a.um.
Massylæus.a.um.Mart.& Massylæum virga gubernat equum.
Masta.mōs est Aethiopiæ sub Aegypto.Ptol. (Steph.
Mastiani.pop.iuxta Herculis colūnas ab vrbe Mastia.
Mastitæ.pop.sunt Mastæ montis accolæ.Ptol.
Masthala.ciuit.est Arabiæ felicis.Ptol.
Mastramellæ.vrbs & palus Celticæ.Steph.
Mastusia.promont.est Thraciæ Chersonnesi.Ptol.
Masuchis.vicus est Marmaricæ Aegypto.Ptol.
Matalia.ciui.est Cretæ insulæ.Ptol.
Matelge.opp.est Garamantum in Africa.Plin.lib.5.
Mateni.pop.sunt Sarmatiæ Asiaticæ.Ptol.
Mateolani.pop.sunt Hirpinorum in Italia.
Mater magna, terra dicitur, & mater alma, quod omnia alat,& mater Deum,quod omnia generat.
Matia.ciuitas est Vmbrorum.Dionysio Alicarnass.
Matiana.pars Mediæ.Steph.
Matini.pop.sunt Hirpinorum in Italia.Plin.lib.3.
Matinus.mons est Apuliæ buxis abundans.Horat.
Matissa.ciui.est Corsicæ ins.Ptol.
Matites.pop.sunt Libyæ interioris.Ptol.
Matium.opp.est Cretæ in ora maritima.Plin.lib.4.
Matralia.matris Matutæ festa.
Matrici.pop.sunt Galliæ Belgicæ.
Matrinus.fluuius est Marucenorū in Italia.Ptol.Vul. Piomba,en Abbruzzo.
Matrona.flu.Galliæ Celtas a Belgis separans. Cæsar. Vulg.Marne.
Matrosalentinus,in Sicilia.Cic.4.in Verrem.
Mattiacæ pilæ,quas Martialis pro sapone posuit.
Mattiacum.opp.est in Germania.Ptol.
Mattiaci pop.sunt Germaniæ,a Mattiaco.
Mattiaci.fontes sunt calidi in Germania trans Rhenū.
Mattilicates.pop.sunt Vmbriæ.Plin.lib.3.c.14.
Matisium.opp.est in Thera insula,quod & Macystum.
Matuta.dicta Aurora,quod matutino tempori præsit.
Matylus.ciui.in ora maritima Pamphyliæ.Ptol.
Mauis.opp.est Aethiopiæ.Plin.lib.5.c.8. (Baume.
Maube.ciuit.est Mesopotamiæ ad Euphratem. Melius
Mauitania.regio est prouinciæ Tarraconensis.Plin.
Mauors.dicitur Mars per Epēthesim,sicut nauita pro nauta,quod magna vertat.Cic.de Nat.Deo.
Mauritania. Africæ regio extrema iuxta Gaditanum fretum,quo separatur ab Hispania.

Mauritaniam. Anteus ab Hercule victus inhabitasse dicitur.
Mauritania Tingitana.regio est Occidentalis Africæ.
Mauritania Cæsariensis.regio superiori contermina.
Mauri.pop.sunt vtriusq; Mauritaniæ. (Mauritanũ.
Mauritanus.a.um.possessiuum a Mauritania, vt Bellũ
Mauri.pop.sunt prope Hispaniam.Salustio.
Maurus, inquit Lucanus lib 4.concolor Indo est.
Maurusij.dicuntur Græce, qui Latine Mauri & Mauritani.
Maurusij.extremi prope Oceanũ pop.aduersus Gades.
Maurusiacus.a.um.res ad Maurusios pertinens.
Mausolus.rex Cariæ, quem nulla re abstinuisse pecuniæ caussa scribit Theopompus.Suid.
Mausoleum.sepulcrũ regis Mausoli, adeo presiosum, vt inter.7.orbis miracula numeretur, vnde Suetonius.
Mausoleum sepulcrum Cæsarum appellauit.
Mausoli.dicuntur Cares a Mausolo.Steph.
Maxilua.opp.Turdetanorum in Hisp.
Maximus Curio. vir erat cuius auctoritate curiæ omnes regebantur.
Maxuia.Colonia Africæ propriæ.Ptol.
Maxula vetus. inter Bragadam & Tritonem fluuios.
Maxyes Pœni pop. Africæ.Herod.lib.4.
Mazaca. ciuitas Cappadociæ sub monte Argeo, quam dicunt vrbium matrem.Steph.
Mazacenius.a.um.res ad Mazacam spectans.
Mazacyla.vicus est Marmaricæ Aegypti.Ptol.
Mazæi.pop.sunt Dalmatiæ, siue Liburniæ.Ptol.
Mazæum ciui.in Bithynia Steph.
Mazara.ciui.est Armeniæ maioris.Ptol.
Mazarini.pop.ab eadem Mazara dicti.
Mazaro, siue Mazarus flu.est Siciliæ Ptol.
Mazax. Africæ populus qui in torquendis missilibus non est inferior Pœnis.Beroald.
Mazeras.flu.in ora maris Hyrcani.Plin.lib.6.c.16.
Mazeres.Cyri regis miles apud Herodotum.
Mazisces.pop.sunt Mauritaniæ Cæsariensis.Ptol.

M ANTE E.

Mearus.fluuius est Hispaniæ in ora Asturum. Pompo. lib.3.Vulg.Mearon.
Mecha.ciuit.est Arabiæ felicis quã Sarraceni incolunt.
Mechlessus.ciui.est Cholcidis regionis.Ptol.
Mecistus.vnus fuit ex socijs Aiacis, Telamonij. Hom.
Mecœnas. vir equestris ordinis, Hetruriæ regibus ortus, amicus Cæsaris Augusti.Hor.
Mecœnates.dicuntur bonarum artium promontores.
Mecolentum.insula est in sinu Illyrico.
Mecyberna.opp.est Macedoniæ.Plin.lib.4.c.10.
Mecybernæus sinus, eidem opp.adiacens.Plin.
Meda.ciuitas est Arabiæ felicis.Ptol.
Meda.vrbs est Thessaliæ.Perotto.
Medaua.ciuitas est Arabiæ Petreæ.Ptol.
Medea.filia Aeetæ regis Colchorũ, Iasonis vxor.Iusti. (lib.42.
Medeni.pop.sunt Africæ propriæ.Ptol.
Medeon.ciui.est Bœotiæ.Steph.
Medesicastes.filia Priami notha.Hom.
Media.prima prod.regio est late patens in Asia.
Media, a Medo, filio Medea & Aegei Atheniensium regis filio dicta est, vt Solinus refert.
Medea.per ei.non per.æ.in prima scribendum est.
Mediam, a Medeo Iaphet filio dictã esse ait Iosephus.
Medi.pop.sunt regionis Mediæ.
Medius, & Medicus.a.um.res ad Mediam pertinens.
Medina.opp.est Brutiorum in Italia.Plin.lib.3.c.5.
Medinassa.opp.est Cariæ contributum.Plin.lib.5.
Mediolanium. oppidum est Santonum in Gallia Aquitanica.Vulg.Saintes.
Mediolaniũ.ciui.est Germaniæ.Ptol.Vul.Monasterio.
Mediolaniũ.opp est Britanniæ.Ptol.Vul.Manchestre.
Mediolanium. ciuit.est Gallorum Insubrium principe Medo adaucta.Cat.in fragmentis originum.
Mediolum.opp.Hisp.Ptol.Vulg.Medina Celi.
Mediomatrices, & Mediomatrici pop.Belgicæ. Vulg. Metz de Lorena.
Medioxumi.dij minores antiquis dicti sunt.Plut.
Meditrina.dea medicamentorum antiquitus.Festo.
Meditrinalia.sacra erant deæ Meditrinæ.Fest.
Meduacus minor flu.Patauinorum prope Patauium.Vul. Bachilone.
Medoaci. portus inter Venetias & Fossam Clodiam. Vulg.Malamocco.
Medon.vnus fuit ex Centauris.Perotto.
Medon.filius fuit Oilei ex matre Rhena.Hom.
Medon.vnus procorum Penelopes.Ouid.
Medon, vnus ex nautis, qui a Baccho in delphines mutati fuerunt.Ouid.
Meduacus maior.flu.Galliæ Cisalpin.Vulg.Brenta.
Meduli.pop sunt prouinciæ Narbonensis.Ptol.
Meduli pop.sunt Alpini.Plin.lib.3.c.20.
Medullina. virgo Romana ab Ebrio patre in tenebris violata.Plutar.in Paralel.
Medullum.opp.fuit Latij quod interijt.
Medullum.opp.est Vindeliciæ.Ptol.Vulg Melding.
Medullus.mons est Cantabriæ.Floro de bel.sub Au.
Medusa.filia fuit Phorci ex Cetho coniuge vna Gorgonum, vnde.
Medusæus.a.um.adiect.vt Os Medusæum.Ouid.
Medylli.pop.sunt in prouincia Narbonensi.
Medyllia.vrbs ab Albanis condita, gentile Medyllinus
Megæa.fons est in agro Syracusano.
Megabyli, siue Megalobizi, dicebantur Dianæ Ephesiæ sacerdotes, quos eunuchos esse oportebat.Qui.
Megaclides. philosophus Peripateticus, tempore Protagoræ.Diog.Laertius.
Megara.vna e tribus furijs infernalibus.Virg.lib.12.
Megale.ins.est prope Smyrnam.Plin.lib.5 c 31.
Megalesia. dies qui dicatus erat magnæ deorum matri cerimonijs, vnde ludi Megalenses.
Megalia.prædium Pollianum est apud Papinium.
Megalopolis.ciui.est Arcadiæ.Strab.lib.9.
Megalopolitanus.a.um.res ad Megalopolim pertinens.
Megara, quæ & Meura. ciuitas est Siciliæ insul. Ptol. Vulg. Augusta.
Megara.orum.ciui.est Atticæ regionis.Plin.lib.4.
Megarensis.e.siue Megaricus a.um.ab vtraque.
Megareus.a.um.Ouid.Namq; mihi genitor Megareus
Megara.vrbs alia in Ponto, alia Illyrica, alia Molossiæ.Steph.
Megarius.filius fuit Onchesti, & pater Hippomenis, a quo Megaricus.a um.Ouid.
Megaricum.oppidum Bithyniæ.Steph.

Megaris. etiam Nisæa vocabatur Niso Pandionis fi-
lio.Steph.
Megaris.idis.regio est in Achaia,a qua bulbi Megarici
Megaris.ins.est adiacens Neapoli.Plin lib.3.Vul.Qui.
Meges.vnus fuit ex Græcorũ principibus qui ad Tro-
iam venerunt.
Megista.ins.est in mari Lycio.Plin.lib.5.c.31.
Medubricenses.pop.sunt Hisp.stipendiarij.
Meionis.appellata est quondam Cypros.Vulg.Chipre.
Melachrene.Sibylla Cumana a quibusdam dicta Arist.
Melena. insula quæ alio nomine Corcyra appellatur.
Stat.Vulg.Curzola.
Melæne.opp.in Arcadia inter Hereã & Megalopolim
Melæum.promont.est Peloponnesi,alias Melea.
Melamborius.ventus qui campum quendam prouinciæ
Narbonensis infestat.Strab.lib.4.
Melampea.vrbs Lydiæ.gentile Melampeus.Steph.
Melamphyllus.mons est in Thracia.Plin.lib.4.c.11.
Melamphyllus.ins.nomen in Asia.Plin.lib.5.
Melampus.filius Amythaonis & Dorippes Hom.
Melampus.nomen canis apud Ouid.lib.3.Metam.
Melanchlæni.pop.sunt Septentrionales.Pomp.lib.1.
Melandia.regio Sicyoniæ,gentile Melandius.
Melane.locus est in Attica regione.
Melane.ins.contra Ephesum.Plin.lib.5.c.31. (ridia.
Melanes.sinus adiacẽs Thraciæ.Ptol.Vul.Golfo de Ca
Melanes,vel Nigromontes,iuxta deserta Arabia.Pto.
hodie mons Sinai,vel mons S.Catharinæ.
Melangitæ.pop.sunt Arabiæ felicis.
Melania.locus est in Cilicia.Strab.lib.14.
Melanida.ins.quæ Melos,Cretæ adiacens.
Melanippium.flu Pãphyliæ,gẽtile Melanippius.Step.
Melanogætuli.pop.sunt Libyæ interioris.Ptol.
Melanthia. filia fuit Deucalionis ex Pyrrha. Homer.
Odyss.lib.10.
Melanthius.vir Troianus quem Euryphilus occidit.
Melanthius.pastoris proprium apud Theocritum.
Melanthius.pictor fingendi cura præcipuus.Quint.
Melantho.filia Prothei senis quam Neptunus in delphi
nem versus violauit.
Melanthus,qui & Melanthius.flu. in Pontum cadens.
Melanion. dictus est Hippomenes,eo quod pomis certa
men confecerit.Propert.
Melanum.ins.est in sinu Ceramico.Plin.
Melanus.flu.est Thraciæ.Ptol.
Melas.flu.est Mygdoniæ.Ouid.lib.2.Metam.
Melas.flu.est Pamphyliæ.Pomp lib.1.c.14.
Melas.flu.est Thraciæ.Plin lib.4.c.1.
Melas.flu.est Bœotiæ a Parnasso profluens.
Melas.flu.est Siciliæ.Ouid.lib.4.Fastorum.
Melas.flu.est Arcadiæ.Strab.
Melcomani.pop.sunt Liburniæ.Plin lib.5.c.22.
Meldi.pop.sunt Galliæ Lugdunensis.Ptol.
Meldita.ciuit.est Africæ propriæ.Ptol.
Meleager. filius Oenei regis Calydoniæ Atlantæ con-
iux.Ouid.lib.8.Metam.
Meleagræa.Calydon vrbs dicitur,qui a Meleager in ea
imperauit.Perott. (Vul.Melena.
Melegene.insula in mari Adriatico adiacẽs Dalmatiæ.
Melena.insula est postea Cephallenia.
Meles.is.& etis.flu.Ioniæ Smyrnam abluens.Plin.

Meletius.a.um. Tibull. Meleteas nec mallem mittere
Chartas.
Melesigenes.nomen Homeri,qui propter cæcitatẽ Ho-
merus,nomen est appellatus.
Meletius.præsul in Aegypto Arrian.sectæ.
Meleum.promont.est in Peloponneso.
Melia.vrbs Cariæ,gentile Melieus.Steph.
Melibœa.vrbs est Magnesiæ proxima Thessaliæ. Her.
lib.8.patria Philoctetæ Pæantis filij.
Melibœus.a.um.res ad Melibœam pertinens.
Melibœus.nomen pastoris,dictus quod boum curam ha
beat Theocrit.& Virg.
Melibœus.mons est Germaniæ magnæ.Ptol. Vulg.Los
montes Hessia hasta Misnia.
Melicerta.filius Athamantis Thebarum regis,& Inus
Melihunis.ins.vna ex Aeolis,Lipara alias dicta. Step.
Melij.a Lacedæmonibus genus ducunt.Herod.lib.7.
Meliodunum.opp.est Germaniæ.Ptol.
Melissus.rex fuit Cretæ,qui primus dijs sacrificauit.
Melissus.Corinthiorum pagus,a quo dictus Melissæus,
Abronis filius.
Melita.insu.inter Siciliam & Africam in mari Libyco
Vulgo.Malta.
Melitæus.a.um.& Melitensis à Melita,vnde Catelli.
Melitæi,& Melitensis.Plin.lib 30.c.5.
Melita.opp.est Atticæ regionis.Steph.& Plin.
Melitara.ciui.est Phrygiæ magnæ.Ptol.
Melitea.opp.est Magnesiæ.Plin.lib.4.c.9.
Melitina.regio Armeniæ minoris iuxta Euphratem.
Melitina.ciui.est eiusdem regionis.Ptol.
Melitina.regio est in Susiana regione.Ptol.
Melitine,siue Melite.vrbs est Cappad. Plin.lib.5.c.24.
Melitæa.vrbs Thessaliæ,ciuis Melitæus.
Melitus.nomen eius,qui Socratem accusauit.
Melitusa.vrbs Illyriæ,gentile Melitusæus.Steph.
Melizandrus Milesius, Centariorum & Lapitharum
bellum scripsit.Aelian.de varia histor.
Mella.flu.est Galliæ iuxta quẽ Amello herba nascitur
Mellaria.ciui.est in ora freti Herculei. (Seru.
Mellaria. opp.Bæturiæ in Bætica, alia ab ea quæ in-
fra ponitur.
Mellaria. quantum coniicimus est Tariffa. Pomponij
Melæ patria.
Melo.nomen fluuij,qui Nilus & Geon est appellatus.
Melobosis.Nympha Oceani & Tethyos filia. Hesiod.
Meloboter.eadem est quæ Aegæ.urum.
Melodunum.opp.est Galliæ in ins.Sequanæ,Cæsari.
Meloessa.ins.vna ex Syrenis ante Lacinium Prõ.
Melos.ins.vna è Cycladibus Cretæ adiacens. Pompon.
Vulgo.Milo.
Melphes.flu.est Lucaniæ in Italia.Plin.lib.3.c.5.
Melpomene.vna est Musarum,tragœdiarum inuentrix
a modulando nomen trahens.Virg.
Melpum.opp.fuit Italiæ Transpadanæ.Plin.lib.3.c.17.
Vulg.Melzi.
Melsus.flu.est Asturum in Hisp.Strab.lib.3.
Melussa.ins.Hisp.sed in qua parte non scribitur.
Melyenses.pop.Asiæ Dario tributarij.Herod.lib.3.
Meltizanum.opp.Africæ propriæ.Plin.lib.5.c.4.
Memaliarus. vnus ex Cadmi socijs, Theram insulam
condidit.Steph.

Membliarus.

Membliarus.ins.prope Theram & Anaphen.Steph.
Memini.pop.sunt Galliæ Narbonensis.Plin.lib.3.
Meminius.vir consularis,qui de ambitu postulatus fuit
Memnon.filius Titani, qui Troiani in auxiliū veniens ab Achille fortiter pugnans occisus fuit.
Memnonius.a.um.adiectiuum,vt color Memnonius,id est,niger.
Memnonides aues.dicuntur ex cineribus Memnonis.
Memnon.vicus est mediterraneus Aegypti.Ptol.
Memnones.pop.sunt Aethiopiæ Aegypti.Ptol.
Memnonia. vrbs supra Choaspem fluuium, quæ quoq; Susa dicitur.
Memphis. ciuitas est Aegypti regia, & antiquissima. Vulg.Alcayro.
Memphi.pop.Memphin habitantes.
Memphites nomos,præfectura Aegypti a Mēphi dicta.
Memphiticus.a,um.res ad Memphin pertinens.
Memphricus.rex Britanniæ qui fratrem Malym regno exuit & vita,vt eo mortuo regnaret.Volaterr.
Mena.dea apud Rom. quæ mēstruis fluoribus præerat.
Mena. primus Aegyptiorum rex, circa annum mundi. 2251.Diodo.Sicu.
Menace.opp.est Hispa.Bæticæ prope Malacam.
Menæ.arum.opp.est Siciliæ ins.Ptol.Vulg.Mineo.
Menanini.pop.sunt Siciliæ a Menis dicti.Plin.
Menæ.ins.duæ in Aethiopia Aegypti.Ptol.
Menæchmi.apud Plautū comœdia.in qua Menæchmus interducitur.
Menæcmus.philosoph.Platonicus,Eudoxi auditor.
Menæchmus. historicus Sicyonicus, scripsit historiam Alexandri Magni.Suid.
Menala.villa est Marmaricæ in Aegypto.
Menelaites,idest,præfectura ab eo dicta.
Menalcas.nomen pastoris apud Virg.in Eeglogla.
Menalippe.fuit Antiopes Amazonum reginæ soror.
Menalippea.insula vna ex Chelidonijs duabus.
Menalippides. poeta scripsit Dithyrambicorum libros plures,& poemata,& epigrammata.Suid.
Menalapides Iunior,scripsit Lyrica & Dithyrambica vixit apud Perdicam regem.Suid.
Menalippus.Thebanus quidā Tydei interfector.Step.
Menalippus.Tydei frater,quem Tydeus in venatu fertur peremisse.
Menalippus. Troianus quem Priamus ob virtutem filij,loco amauit.
Menander.Atheniensis comicus,scripsit fabulas.80.
Menander Laodiceus.scripsit cōmentaria in Hermog.
Menandreus.a.um.adiect.quod Menandri est.
Menanderchæ, reticus impius, qui Simoni Mago successit Ireneo & Euseb.lib.3.
Menandriani.hæretici a Menandro dicti.Euseb.
Menapia.insula est in mari Britannico.Plin.
Menapij.pop.sunt Galliæ Belgicæ.Vulgo.Los de Geldres y Iulies.
Menaria,insula est in mari Tusco.Plin.lib.4.c.6.
Mendæ.vrbs Siciliæ,prope palicos.Steph.
Mende.opp.est Macedoniæ.Plin.lib.4.c.10.
Mendes.etis.siue Mendis. Aegypti vrbs.Prisciano.
Mendesi pop.sunt ab eodem oppido dicti.
Mendesij.populus est Aegypti.Herod lib.2.
Mendesium.vnum est ostijs Nili fluminis.Ptol.
Mendiculea.ciuitas est Hisp.Lusitaniæ.Ptol.
Mendoza.familia illustris in Italia,a Roderico quodā originem traxit.
Mendus,siue Mindus.opp. Asiæ proprie dictæ.
Meneceus.Creontis Thebanorum regis filius. Strab.li. 7.Theb.
Menecheus. oraculo edito largitus est patriæ suum sanguinem.Cic.in Tuscul quæst.circa finem.
Menecina.opp.fuit Oenotriæ,a qua Menecinæi.
Menecis.vrbs vltima Phocensiū,quæ ad Occasū vergit
Menecrates, vel Merecrates, Syracusanus medicus, nullam medendo mercedem accepisse dicitur. Suid. & Plut.in Apoph.& Cæl.c.30.lib.6.
Menecrates alius.comicus poeta fuit.Suid.
Menedemium.ciuitas est Pamphyliæ.Ptol.
Menedmus. Phædri discipulus, nobilis philosophus inter Socraticos.Laert.
Menedemus. item Lampsacenus Cynicus philosophus insigniter superstitiosus.Laert.
Menelaus.filius fuit Atrei & Aeropes.rex Spartæ qui Helenam in vxorem habuit.
Menelaus.vrbs Aegypti. Strab.lib.14. & regio Menelaites.Steph.
Menelaium.parua regio Spartæ possessiuū Menelaicus
Meneleus.vnus fuit ex Centauris. (Steph.
Meneleus.vnus é canibus Actæonis.Ouid.lib.3.Mdta.
Menenia.gens Romæ fuit.
Menephron. viri proprium, qui cum matre concubuit. Ouid.lib.7.Metam.
Menes.primus omnium in Aegypto regnauit.Her.
Menesthius.fuit Arithoi & Philomedusæ filius,ex Arna ciuitate, quem Paris in bello Troiano occidit. Homer.initio.lib.7.Iliad.
Menesteus.Athenarum dux, Thesei & Phædræ filius.
Menestheus.nomen aurigæ Diomedis.
Menesto.nomen nymphæ a memorando dictæ.
Menestratus.sculptor præstantissimus fuit.
Meneus.flu.est in Peloponneso.Strab.lib.8.
Meneus.insula circa Africam Lotophagi proxima.Pli. Vulg.Gelues.
Menia Columna.locus Romæ.Cic.pro Sestio.
Menippus Phœnix.philosoph.Cynicus.Diod.& Laert.
Menippus Stratonicensis,Ciceronis præceptor. Cicer. * in Bruto.
Menippus. viri proprium,quem philosophum & seruū fuisse tradit.Macrob.
Menismini pop.sunt Aethiopiæ.Plin.lib.7.
Menius. Lycaonis filius, qui a Ioue fulmine percussus est,quod eundem detestaretur.
Menius.consul Roman.anno ab vrbe.430.
Menoba.opp.est Bæticæ in Hisp.Vulg.Velezmalaga.
Menoba quoq;.Plin.fundus est Bæticæ.
Menocalens pop.sunt Apini.Plin.lib.3.c.20. (ter.
Menœtius.filius fuit Auctoris ex Aegina, Patrocli pa
Menophilus.eunuchus fuit,cui Mitridatis filiam in arce quadam seruandam dedit.Ammiam Marcel.16.
Menophilus alter apud Martialem lib.7.
Menosca.ciuit.est Bardulorum Hispa.citerioris.
Mēralia.Hisp.vrbs.Ptol.Vul.Marcia.alij Bejar de Me
Mensa Solis.locus describitur in Aethiopia.Solin.(lena
Mentesa.opp.est in Hispania.Vulg.Iaen.

Mentoas.fluuius dicebatur, quem nunc Danubium appellamus. Eustachius in Dionys. (cit.
Mentor.fuit in vasis cælandis mirus artifex. Plin.li.12.
Mentoreus.a.um.vt Mensæ Mentoreæ.Iuuen.
Mentores.gens fuit Liburnorum.Plin.lib.3.c.21.
Mentum.opp.in Peloponneso.Strab.lib.8. (bat
Menus.vir fuit inter Samnites, qui mirè solitudinē ama-
Menuthias. insula adiacens Aethiopiæ interiori. Ptol. Vulg.Malgascar, o Isla de Sant Iorge.
Meonia.regio Asiæ minoris, vide supra Mæonia.
Meoriga.opp.est Hispan.
Mepach.villa est Arabiæ fœlicis.Ptol.
Mephyla.opp.est antiquum Latij.Diony.Halicarnas.
Mera.proprio nomine sacerdos Veneris. Stat.8.Theb.
Mera.Præti & Antiæ filia, a Diana in canē versa.Oui.
Meraria.ins.est adiacens Balearibus.Plin.
Mercurius.Iouis filius, ex Maia Atlantis filia.
Mercurius dictus, quod mercibus præsit, vel quod inter ementes & vendentes sermo medius currat.
Mercurius.modo Hermes Cyllenius, Ligius, Illuuius, Argiphon dicitur.
Mercuriales. collegium vel sodales in honorem Mercurij. Cic.ad Quintum fratrem.
Mercurij.opp.in Aegypto quod Hermopolis.
Mercurij.promont.in Africa propriæ dicta.Ptol.
Merende opp.est Samnitum in Italia.Plin.
Merecrates, vide Menecrates.
Meriorum.pop.sunt iuxta Euphratem.
Meriones. auriga Idomenei, vnus è Græcorum fortissimus, qui ad Troiam venerunt.
Meris.ins.est in mari Lycio. Plin.
Mermessos.vrbs Troiæ, patria Erithrææ Sibyllæ.Ste.
Merna.ins.est adiacens Libyæ in Oceano Occidentali.
Mero. dictus est Tyberius Nero, per iocum quod impendio vinosior esset.Tranq.l.in Tyberio.
Merob.primogenita regis Saul.1.Reg.14.
Merobriga.opp.est Hispan.Lusitaniæ.Ptol.
Meroe.ciuit.est in Meroe ins.Aethiopiæ Aegypti.
Meroe.es.ins.est Nili fluuij in Aethiopia Aegypti.Vul. Saba, isla del Nilo, donde predico San Matheo.
Meroeni.pop.dicuntur incolæ eius insulæ.
Merope. Atlantis & Pleionæ filia, quæ Sisypho nupsit.
Merope, siue Meropis.ins.quæ postea Co.Vulg.Lango.
Meropia.insu.vna Cycladum, quæ postea Siphus.Plin. Vulg.Sifano.
Meropus.mons Græciæ iuxta Thessaliam.
Meros.mōs est Indorum, sub cuius radicibus Nisa ciuitas constituta.
Merucra.opp.est Bæticæ in Hispan.Plin.
Merula.flu.est Liguriæ.Plin.lib.3.c.5.Vulg.Meira.
Mesada.ciui.est Arabiæ petrææ.Ptol. (rem.
Mesammones, vel Nasamones.pop.prope Syrtim maio-
Mesapia. Apulia a Mesapo rege dicta.Strab.lib.9.
Mesapus.mons inter Medos & Pæonios.Arist.
Mesapus. Neptuni filius, qui Turno contra Aeneā suppetias dedit.Virg.lib.7.
Maserinæ.ciuit.est Idumeæ in Iudæa.Ptol.
Mesathea.ins.est prope Thraciæ Chersonnesum.
Mesauci.pop.sunt Alpini.Plin.lib.3.cap.19.Los mordadores entre el valle Mueselcina, y Bellinzona en Lōbardia.

Meschi.mons est Aethiopiæ interioris.Ptol.
Mese.es.ins.est vna Stæchadum.Plin.lib.3.c.5.
Mese.ses.ventus inter Forcam & Cæciam medius.Plin.lib.2.cap.47.
Mesembria.oppidum est celebre in Thracia.Vulg.Mesember.Ciuis Mesembrianus.
Mesembriacus.a.um.quod ad Mesembriam pertinet.
Mesi.pop.sunt Plin.in eadem Thracia.
Mesia.palus est Germaniæ.Pomp.lib.3.c.3.
Mesia.sylua in Thuscia.Vulg.Bosco de Baccano.
Mesola.sinus est in Peloponneso.Strab.lib.9.
Mesomedes.poeta Adriano principe clarissimus. Suid.
Meson. Astrologus vnus ex his qui Atheniensibus ascritus fuit, nauigaturis in expeditionem Siciliæ.
Mesopontius Neptunus, in Erebo Lesbi ciuitate colitur.Stephan.
Mesopotamia.Asiæ regio inter Tigrim & Euphratem fluuios, vnde nomen habet.
Messa, siue Messena.ciuit.est Peloponnesi. Strab.lib.8.
Messa.regio Iudææ.Hierony.in locis Heb. in qua habitauerunt filij Iectan.Gen.10.
Messa.nomen viri.3.Reg.11.
Messabatæ.pop.sunt Persidis regionis.Ptol.
Messala.dictus est Valerius Coruinus, quia Messanam in Sicilia deuicit, vnde Messalarum familia.
Messalina. filia Barbati Messalæ, consobrini Claudij imperatoris, summæ libidinis mulier.Suet.
Messana.ciuitas est in freto Siciliæ insulæ.Vulg.Messina, a qua Messanenses dicti.
Messana, a Messenijs cōdita, quæ prius Zacle dicebatur
Messenij.pop.Siciliæ in Messana.Ptol.
Messanicus alueus, ex Pado Rauenam deductus.Plin.
Messapia.regio eadem quæ Calabria.
Messapia.ciuit.quæ Varia Apulæ dicitur.Plin.lib.3.
Messapius.a.um.res ad Messapiam pertinens.
Messeis.fons est Thessaliæ.Strab.lib.9.
Messenia.regio est Peloponnesi, regnum Nestoris.
Menessene.es.ciuit.in eadem regione.
Messenius.a.um.res ad Messeniam pertinens.
Messenij.pop.sunt Italiæ.Strab.Ptol.in Sicilia.
Messias Hebraice, Græce CHRISTVS, Latine vnctus dicitur.
Messoa.vrbs Laconiæ, gentile Messoates Steph.
Messogis.mons Lydiæ, inde Messogites vinum.Steph.
Mesthles. vnus ducum qui Troianis in auxilium venerunt.Hom.
Mestudia.ciuitas est Hispan.Floro historico.
Mesua.peninsula est in prouincia Narbonensi.Pomp.
Mesuium.opp.est Germaniæ.Ptol.Vulg.Maydburg.
Mesulani, qui Ptol.dicuntur Misulani pop.sunt Africæ.
Metabus heros.Metaponto nomen dedit.Steph.
Metacanus.opp.est Asiæ propriæ dictæ.
Metacum.vicus est Arabiæ fœlicis. Ptol.Græca lectio habet, Cumacatum.
Metacompso.locus est in Aegypto.Ptol.
Metagonium.promont.est Numidiæ in Africa. Pomp.lib.1.c.7.Vulg.Cabo de tres arcas.
Metagonium. a Græcis terra eadem dicitur, quæ à Latinis Numidia.
Metagonitis.promont.est in Mauritania Tingitana.
Metagonitis.ponitur iuxta Molochatæ fluuij ostia.Pto.

Metallinensis.colonia est Hispaniæ Lusitani.Ptol.
Metanastæ,qui Iazyges populi Septentrionales Europæ.Vulg.Los de Transyluania.
Metapium.vnum ex ostijs Rodani.Plin.lib.3.c.4.
Metapōtum.opp.Italiæ in sinu Taretino.Vul.Belicor.
Metapontini.pop.sunt Metaponti incolæ.
Metarus.opp est Hispan.Ptol.
Metaurus flu.est in litore Brutio. Vulgo.Seminara,en Calabria.
Metaurenses.duplices sunt, Vrbinates & Trifernates.
Metelis.ciuit.est metropolis in Aegypto,Ptol.vnde.
Metelites nomos,præfectura in eadem.
Metelli.plebei fuere, verum clarij victorijs & magistratibus.Liuius lib.9.
Metellus cæcus Pontifex Romanus, qui de Pœnis speciosissimum triumphum egit.Liuio lib.59.
Metellus idem,a Macedonia deuicta Macedonicus dictus fuit.
Metelli alij plures fuere,de quibus vide Liu.& Cicer.
Meterosa ciu.est Hisp.Ptol.Vul.Pedraza de la Sierra.
Methona,siue Methone.ciui.Peloponnesi.Vul.Modon.
Methone.opp.est Magnesiæ,siue Thessaliæ.Plin.
Methuriades.ins.inter Aeginam & Atticam.Steph.
Methydrium.opp.est Arcadiæ in Peloponneso.Str.li.8.
Methymna.ciuit.est Lesbi ins.Ptol.
Methymna.ciui.est Locridis regionis.Strab.
Metibi.pop.sunt Sarmatiæ Asiaticæ.Ptol.
Metij.pop.qui maris Rubri insulas colunt Dario tributarij.
Metilis.vrbs in Aegypto ad Nilum.Pomp.lib.1.c.9.
Metinæ.insula contra Rhodani ostium.Plin.lib.3.c.5.
Methiochus.Miltiadis Atheniensium ducis filius.
Metis.Nympha Oceani & Tethyos filia.Hesiod.
Metiscus.Turni auriga.Virg.lib.12.Aeneid.
Metita.ciuitas est Armeniæ minoris.Ptol.
Metius Suffetius Albanorum dux fuit tempore Tulli Romanorum regis.Virg.lib.8.
Metius Carus.delator insignis fuit.Plin.in epist.
Metius Geminus dux Tusculanorum superatus a Romanis Bello Latino.
Mertius Curtius.Sabinorum dux contra Romulum.
Metona.ciuit.est Persidis.Ptol.
Metonium.opp.est Sarmatiæ in Europa.Ptol.
Metopon criu.i.fons arietis,promont.Cretæ.
Metopon criu.promont.est Tauricæ regionis.
Metores.pop sunt Persidis regionis.Ptol.
Metoroma.ciui.est Ponti Polemoniaci in Cappadoc.
Metra.meretrix liberi forma, Erisichthonis cuiusdam Thessali filia.Ouid.lib.8.Metam.
Metrodorus.Lampsacenus Epicuri discipulus.Strab.
Metrodorus Atheniensis. Carneadis auditor,pictor & philosophus.Cic.lib.1.de Oratore.
Metrodorus Sceptius,qui philosophicam vitam in ciuilem mutauit.Mithridati regi clarissimus.Stra.li.13. & Cic.1.Tusc.
Metrodorus Chius, qui vniuersum sempiternum esse dicebat.Cicer.
Metrodorus Melicus,artem memoriæ ita consumauit, vt nihil non ijsdem verbis redderet auditum. Plini. lib.7.c.24.
Metropolis.ciuit.est Sarmatiæ in Europa.Ptol.
Metropolis.ciuit est Estiotarum in Macedonia.Ptol.
Metropolis.ciuitas est Lydiæ Mæaniæ.Ptol.
Metropolis.ciuit.est Phrygiæ magnæ.Ptol.
Metropolis.vrbs Thessaliæ,alia Acarnaniæ,alia Doridis,alia Ponti.Steph.
Metropolitæ.pop.sunt incolæ harum ciuitatum.
Metua.ciuitas est Hispaniæ.
Meuania.op.est Vilū broriū in Italia.Ptol.Vul.Beuaña
Meuanates,& Meuanionenses.populi Vmbriæ.Plin.
Menius.pessimus poeta.Horatio & Virg.inimicus.
Meura.ciui.eadem quæ Megara.Ptol. Vulg.Augusta.
Mezentius.rex Tyrrhenorum summus deorum contēptor.Virg.lib.11.

M ANTE I.

Miacorus.vrbs Chalcidica,ciuis Miacorius.Steph.
Mibæ.pop.sunt Africæ.Strab.
Micipsa.Numidarum rex Massinissæ regis filius.Sil.
Michale.fœmina venefica intes Centauras.Seneca.
Midas.Gordiæ bubulci filius,rex Phrygum.
Midea.vrbs olim in Argo,nunc vicus.Steph.
Mieza.ciuit.Macedoniæ,quæ olim Strymonium.
Migo.villa est Marmaricæ in Aegypto.Ptol.
Milciades.dux Atheniensium,qui.10.suorum millibus, sexcenta Persarum millia profligauit.Iu.lib.2.
Miletus.ciui.est metropolis in Ionia.Pomp.lib.1.
Miletus,a Mileto Apollinis filio, & quomodo Persis diruta.Herod.
Miletus.Ioniæ caput,Cadmi olim domus.Soli.c.53.
Miletus.opp.est Cretæ ins.Plin.lib.4.c.12.
Miletus.opp.fuit Aeolidis.Plin lib.5.c.30.
Milesius.a.um.a Mileto,vnde Milesiæ stragulæ.
Miletopolitæ.pop.sunt Aeolidis.Plin.lib.5.c.30.
Miletus.filius fuit Apollinis & Argeæ Cleochi filiæ.
Milia.opp.est in Asia propria dicta.Ptol.
Milias.locus in Asia,cuius populi tam tunc appellabantur Solymi.Herod.
Milisia.vrbs postea Epidaurus dicta.Steph.
Milo.nomen proprium viri Romani,vnde.
Milonianus.a.um.adiect.vt Oratio Miloniana.
Milo.item Crotoniensis athleta homo fuit stupēdæ fortitudinis qui bouem ictu pugni intermit.
Milo.montis nomen in India, in quo homines nascuntur auersis Plantis.Plin.
Mionia.vrbs Samnitum,gentile Miloniates.Steph.
Miluius pons Romæ, de quo Florus de bello sub Lepido.Mart.A ponte redit Miluio.Vul.Ponte Molle.
Milye.arum.pop.sunt Ciliciæ regionis.Plin.
Minaces.pop.sunt Africæ propriæ dictæ.Ptol.
Mimalion.adolescens,qui Atalantem puellam venatricem in Arcadia amauit.Sunt qui eundem & Meleagrum fuisse putent.Propert.lib.1.Ele.1.
Mimallis.cognominata est Melos ins.Plin.lib.4.c.12.
Mimallones.Bacchæ mulieres a Mima Ioniæ monte.
Mimalloneus.a.um.res ad Mimallones spectans.
Mimallonides.cognomen fuit Bacchantium mulierum.
Mimas.mons Ioniæ regionis in Asia minori.
Mimas.gigantis nomen fuit quam Iuppiter fulminauit Horat.lib.3.carm.Ode.4.
Mimnedus.vrbs Lydorū,gētile Mimnedius.Step.
Mimnermus.Ligyrtiddæ filius, elegiarum scriptor fuit. (Suid.
Minæi.pop.sunt Arabiam fœlicis.Ptol.vnde thus Minæum.Plin.lib.12.c.14.

Minaua

Minaua.Silus.lib.8.Scopulosaq; rura Minauæ.
Mincius.flu.est Galliæ Cisalpinæ in Padum fluens.
Minciades, a Mincio patriæ fluuio cognominatus est. Vergilius.Iuuenal.
Mineruà.disciplinarum dea,quæ Græce Pallas dicitur.
Minerua.dicta quod bene moneat, vel q. vim minetur.
Minerua.fingitur dea bellorũ,soror & auriga Martis
Minerua inuita,prouerb.dicitur,id quod refragente ingenio,repugnante natura,aut non fauente cœlo fit.
Minerual,seu Mineruale,erat tanquam præmium quod dabatur præceptori.Var.3.de re rustica.
Mineruæ.promont.est in Campania.Ptol.Vulgo.Cabo de Minerua. (tatæ sunt.Ouid.
Minæus.vir Thebanus,cuius filiæ in vespertiliones mu
Minia.ins.est in pelago Myrtoo.Plin.
Minilus mons Thessaliæ postea Orchomenus dictus.
Minio.flu.nõ procul a Cerete oppido.Vir.Vul.Meñone
Minio.in itinere Cassiano, ab vrbe in Gallias ponitur Antonio Cæsari itinerario.
Minius,siue Minyus,vel Minys.fluuius Galliciæ in Hispania.Vulgo.Miño.
Minoa.vrbs in Amurgo vna Cycladum.Steph.
Minoa.portus est in sinu Argolico.Ptol.
Minoa.portus est Cretæ ins.Ptol.Vulg.Arcemura.
Minoa quoq; ciuitas est Cretæ ins.Ptol.
Mino.Siciliæ vrbs Megarensium emporium fuit.Step.
Minoa.rupes ponitur in Attica.Strab.lib.5.
Minoa Selinusiorum.colonia in Sicilia.Herb.lib.5.
Minoa. Arabiæ ciuit.ciues Minoitæ.Steph.
Minois,siue Mineis,dicta quæ postea Paros ins. Vulg.
Minobrica,siue Mirobrica.opp.est Bæticæ. (Pario.
Minos.rex Cretæ fuit Iouis ex Europa filius,vnde.
Minoius.a.um.& Minous.a.um.adiect.Vergil.
Minotaurus. monstrum natum ex Pasiphae vxor Minois,quæ Dædali arte cum Tauro concubuerat.
Minoum.opp.est Cretæ maritimum.Plin.lib.4.c.12.
Minthe.mons est in Peloponneso.Ptol.& Strab.lib.8.
Minutia.virgo Vestalis,quæ propter formositatem corporis,in suspicionem venit libidinis.Liu.lib.8.
Minutia. porta Romæ est,dicta ab ara Minutij, quem deum putabant. (tij.Fest.
Minutia. porta dicebaturq; proxima esset sacello Minu
Minturnæ.arum.opp.fuit in antiquo Latio.Plin.
Minyæ.pop.sunt Thessaliæ.Ouid.lib.7.
Minyæum.per.ci.in pen.opp.est Bœotiæ.Hom.
Minyæum.opp.est in Peloponneso.Strab.
Minyeius.flu.qui postea Orchomenos.Plin.
Miracles.fuit nescio quis concinnatulus,qui vnguentatos auratosq; capillos fertur habuisse. De hoc Val. Flac.lib.2.Argon.
Mirigada.opp.in Bœotia.Diod.lib.5.
Miritus.exiguus mons est Thessaliæ.
Mirmillones.erant pugiles sese ad duellum prouocãtes.
Mirobrica.oppidum est Bæturiæ in Bætica. Plin.lib.3. Vulg.Ciudad Rodrigo.
Mirobricenses.pop.sunt Lusitaniæ stipendiarij.
Mironis.ins.est in sinu Barbarico.
Misa.Picini flu.Vulg.Marotto.
Misach.vnus ex tribus pueris,de quibus Daniel.
Misaris.promont.est Sarmatiæ in Europa.Ptol.
Misenus.pen.prod.filius Aeoli,Aeneæ tubicen fuit, inciẽdis militũ animis præstãtissimus.Verg.6.Aenei.
Misetis.mons est in Asia propria dicta.Ptol.
Misgomene.vrbs Thessaliæ,gentile Misgomenius. Ste.
Mison.opp.conuentus Alabandici,imo Amizon.
Missenum.promontor.est in ora maritima Campaniæ. Vulg.Monte Miseno,en tierra de Lauoro.
Missenus,inter nobiles Cãpaniæ portus numeratus à Miseno illic sepulto.Flor.& Horat.lib.2.Serm.Saty.4.
Misthium.ciuit.est Galatiæ.Ptol.
Misua.opp.est Africæ propriæ.Plin.lib.5.c.12.
Misulami.pop.sunt Africæ propriæ.Ptol.
Misynus.ins.est adiacens Africæ propriæ.Ptol.
Mithra.cum.h.a Persis dicitur.Sol.Strab.lib.15.
Mithriaca.sacra solis,siue Osyridis sacrificia.Lampri.
Mithridates. rex inuicto animo Ponti vi tandem post annos.56.a Romanis deuictus.Plut. (collegit.
Mithridates alius, qui regi Mithridati Bruti epistolas
Mithridaticus.a.um.adiect. vt Mithridaticum antidotum.Plin. (telin.
Mitylene.vrbs est Lesbi ins.iuxta Metymnã.Vul.Me
Mitylene,ab Aeolis condita in Lesbo.Herod.lib.2.
Mitylenæus.a.um.res ad Mitylenem pertinens.
Mitterin. ins. vltra Britanniam sex dierum nauigatione Plin.lib.4.

M ANTE N.

Mnasæmanes.pop.sunt Arabiæ fœlicis.Ptol.
Mnas.pirata fuit qui tempore Pompeij Italiam infestabatur.Plut.in Antonio.
Mnasitheus.pictor fuit non ignobilis, patria Sicyonius cuius meminit.Plin.lib.35.c.11.
Mnemeum.promont.est Aethiopiæ sub Aegypto.
Mnemosyne mater.9.Musarum.interp.Memoria.
Mnesarchus. inter principes philosophorum Ciceroni numeratur.Academ quæst.lib.4.
Mnesithus.medicus Atheniensis.Gale.lib.2.ad Glauc.
Mnester. Agripinnæ quæ Neronis iussu interfecta est libertus fuit.Tacit.lib.14.
Mnesthei portus.promont.est in Bætica. Vulgo.Puerto de Santa Maria.
Mnestheus.proprium nomen viri Troiani.Verg.lib.4
Mniara.opp.est mediterraneum Mauritaniæ Cæsar.

M ANTE O.

Moab.Arabiæ ciui.quæ & Areopolis dicitur.
Moea.ciuit.est Arabiæ Petreæ.Ptol.
Mocarsus.parua regio Thraciæ.Steph.
Mocata.vrbs Bithyniæ,gentile Mocatenus.Steph.
Mocadelij.pop.Asiæ propriæ dictæ.Ptol.
Mochura.ciuit.est Arabiæ fœlicis.Ptol.
Mocle.vicus Phrygiæ,incolæ Maclenæ.Steph.
Modacæ.pop.sunt Sarmatiæ Asiaticæ.Ptol.
Modiana.ciuit.est Arabiæ fœlicis.Ptol.
Modomastica.regio est Carmaniæ desertæ.Ptol.
Modonus.flu.est Hyberniæ ins.Ptol.
Modunga.opp.est Mauritaniæ Cæsariensis.
Mœnis,vel Mœnus, fluuius est Germaniæ in Rhenum defluens.Vulgo.Meyn,o Meno.
Mœris. lacus est Aegypti inter Memphin & Arsinoẽ.
Mœris.veneficus describitur Verg.in Buccolicis.
Mœsia. eadem regio est quæ Mysia & Mesia dicitur. Vulg.Seruia.
Moga primũ dicebatur quæ postea Cappadocia.Ios.

Mogontiacum. ciuitas est Germaniæ Rheno opposita. Vulg. Magoncia.
Molæ. deæ quædam antiquitus dictæ sunt filiæ Martus. De his meminit Gellius.
Molio. Iuppiter dictus est ab hospite quodam Malione.
Molybæ. pop. sunt Aethiopiæ sub Aegypto. Ptol.
Molo. orator Alabandensis, qui Rhodi claruit Ciceronis ætate. Plutar. & Strab. lib. 14.
Moloch. Idolum Ammonitarum, cui filios proprios immolabāt Israelitæ. 4. Reg. 23. Act. 7. quod & Molchol dicitur.
Molochath. opp. est Mauritaniæ Tingitanæ. Ptol. & Strab. lib. 16. Plin. & Sui. Mulucha.
Molorchus. pastor iuxta Nemæam syluam, qui Herculem hospitio comiter suscepit. Stat.
Molosia. pars Epiri a Molosso Pyrrhi & Andromaches filio dicta, postea Chaonia.
Molossi. pop. sunt Epiri regionis omnibus.
Molosus. pes dictus est, ab eius patriæ saltatione.
Molossus. pes constat tribus longis, vt Aeneas.
Molus. vir Cretensis, & Merionis aurigæ Idomenei pater. Hom.
Molybdana. vrbs Mastienorum. Steph.
Molybodes. ins. adiacens Sardiniæ. Ptol.
Molycria. opp. in Aetolia regione. Ptol.
Momemphis. vrbs est Aegyptiorum. Herod. lib. 2.
Momus. deus quidam Nocte matre, ac Somno patre progenitus. Hesiod. vnde.
Momo. satisfacere, vide Erasmum in Prouerbijs.
Monacris. Arcadiæ mons est Tortellio.
Mona. Plin. li. 4. c. 16. & Corn. Tacit. lib. 14. quæ Ptol. Monaœda insu. est adiacens Hyberniæ. Ptol. Vulgo. Man. Alio nomine Monarina.
Monadi. pop. sunt Italiæ in Apulia. Plin. lib. 3.
Monæsis. Parthorum rex contra quem Rom. infeliciter pugnarunt.
Monalus. flu. est Siciliæ ins. Ptol.
Monapseni. pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol. legendum videtur, Conapseni, vt in Græcis habetur.
Moneta. dicta est Iuno a monendo. Cic. 1. de Diuinat.
Monetium. opp. Iapodum prope Istrium. Strab. lib. 7.
Monodactylus. mons est Aethiopiæ Aegypti. Ptol.
Monodos. Prusiæ filius, qui dentium loco os vnum continuum habuit. Plin.
Monœchus. portus est Liguriæ celebris. Vulgo. Puerto de Monaco, a tres millas de Villa Franca.
Monomeri, & Monosceli. pop. sunt Indici vnicrures. Gellius. lib. 9. c. 4.
Monothelithæ. hæretici quidā, qui duas in Deo voluntates negabant, diuinam, scilicet, & humanas, cum tamen res aliter se habeat. Contra hos celebrata est sexta Synhodus, anno salutis. 1035.
Monsater. ponitur in Africa.
Mons Iouis. in Hisp. citeriori. Pomp. forte Mon Iuy.
Mons ferratus. regio Italiæ cuius fines sunt Padus flu.
Montanus. poeta cuius meminit. Ouid. 4. de Ponts.
Monycha. nomen est matris diui Augustini.
Monychus. vnus fuit Centaurorum, de quo Iuuena.
Monyma. Mithridatis vxor, quæ se ipsam ex rerum desperatione proprio diademate suspendit.
Monymus. Corinthij cuiusdam trapezitæ seruus qui simulata insania se ad philosophiam conuertit.
Mophis. mons ex quo & Crophi altera monte erumpunt Nili fontes. Herod. lib. 2.
Mopsi. fons est in Armenia minori. Ptol.
Mopsion. ciui. Pelasgitis regionis Thessaliæ. Strab. li. 7.
Mopsius. opp. est Thessaliæ. Strab. lib. 9.
Mopsopia. eadem quæ Attica regio a Mopso rege dicta.
Mopsos. opp. est Ciliciæ. Plin. lib. 5. c. 28.
Mopsus. vates fuit qui in finibus Pamphyliæ, Phaselim vrbem condidit. Pomp.
Mopsus alius. Lapitha, Ampicis & Chloridis filius. Str
Mora. ciuitas est Corsicæ ins. Ptol.
Mordiæum. ciui. Pisidiæ Apollonia postea dicta. Steph.
Morganti. pop. sunt Brutiorum in Italia. Strab. lib. 6.
Morges. prius est dicta, quæ postea Ephesus. Plin. lib. 5
Morgetes. pop. sunt qui Lucaniam incoluerunt.
Morgina. vrbs Siculorum, gentile Morgineus. Steph.
Morgus. flu. est in Padum defluens. Plin. lib. 3. cap. 17. Vulg. Orco.
Mori. vicus est Aethiopiæ sub Aegypto. Ptol.
Moricambe. æstus est in Britannia. Ptol.
Morimarusa, idest, mare mortuū, oceanus est Scythicus
Morini. pop. sunt Germaniæ inferioris contra Britanniam, quorum vrbs Morinum. Vulgo. Terouana.
Morinus. portus est Floro de bello Gallico. Vul. Cabes.
Morinus. a. um. res ad Morinos populos spectans.
Moriseni. pop. sunt Thraciæ. Plin. lib. 4. c. 11.
Moro. locus est in Hispania. Strab. lib. 3.
Morocca. ciuit. est Hispaniæ. Ptol.
Morosgi. pop. sunt Vardulorum in Hispa. citeriori.
Morsacij. pop. sunt Germaniæ. Plin. lib. 4. c. 15. Vulgo El estado de Seuen vuolden en Friza.
Morpheus. Somni dei minister, aut filius fingitur a poetis. Ouid. lib. 11. Metam.
Mortuum mare. lacus est Syriæ, qui nihil præter bitumen gignit, aliter Asphaltus.
Mortuum mare, sic dicitur quia nihil viuum gignit.
Morunda. ciuitas est Mediæ. Ptol.
Morylij. pop. sunt Macedoniæ. Plin. c. 10.
Mosa. flu. est Germ. inferioris, Leodium præterfluens.
Mosæus. flu. est in Susiana regione. Ptol.
Moscha. portus est in Arabia. Ptol.
Moschus. regio est Asiatica prope Phasim fluuium.
Moschi. pop. sunt ad mare Hyrcanum Sarmatis finitimi. Pomp. lib. 3. c. 5.
Moschi. Persarū. pop. Dario regi erant tributarij. Her.
Moschi. pop. sunt in Asia & Europa. Berosus.
Moschi. montes, & pop. sunt Septentrionales.
Moschij. fluuij scissio cum Danubio, in Mysia superiori. Ptol.
Moschus. Grammaticus & poeta Syracusanus. Suid.
Mosega. ciuit. est Albaniæ regionis Asiæ. Ptol.
Mosella. flu. est Aquitaniæ ad Burdegalam.
Mosera. nomen montis, vbi Aaron mortuus est, & sepultus. Deut. 10. qui Hor. Num. 20. & Moseroth. Num. 33. dicitur.
Moseroth. locus in quo castrametati sunt filij Israel profecti de Hesmona. Num. 33. eademq; Mosera dicitur.
Moses, Mosis, et Mosi, sicut & Achilles. les. li. siue Moyses, nomen inclyti Iudæorum ducis, & interposito o Moyses dicitur quod habetur in frequentiori vsu.

Mosʃini.pop.ʃunt Teuthraniæ coũentus Pergameni habitant.
Mosʃineci.pop.ʃunt Septentrionales.
Moʃʃinœci.poſt Chalybas & Tabarenos vltra Carabi
Moʃʃinœci.quaſi turricolæ,vel turribus habitantes.
Moʃsinus.flu.eſt in Cariæ regione.
Moſteni.ciuitas eſt Lydiæ Mæoniæ.Ptol.
Moſum.opp.Paphlagoniæ in Galatia.Ptol.
Moſylum.prom.eſt Aethiopiæ Aegypti.Ptol.
Motho.vicus Arabiæ,incolæ Motheni.Steph.
Motieni parua regio Iberiæ,colonia a Romanis deducta,gentile Motienus.Steph.
Motienſes.pop.ſunt Siciliæ ſtipendiarij.Plin.
Motuca.ciuit.eſt Siciliæ inſulæ.Ptol.
Montuturij.pop.Africæ propriæ.Ptol.
Motychanus.flu.eſt Siciliæ inſulæ.Ptol.
Motye.vrbs Siciliæ,gentile Motyſeus.Steph.
Moxiani.pop.ſunt Aſiæ propriæ dictæ.
Moziata.ciui.eſt in Albania.Ptol.melius Boziata.

M ANTE V.

Muchthuſij.pop.ſunt Africæ propriæ.Ptol.
Muciſſus.vrbs Cappadociæ.Steph.
Muconi.pop.ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis.Ptol.
Mucræ.opp.Italiæ.Sil.Qui Batulum Mucraſq; metũt.
Mugilones.pop.ſunt Germaniæ.Strab.lib.7.
Mugius. cognomen Romani cuiuſdam a frequenti murmuratione,vnde.
Mugiola.porta Romæ,dicta Mugio, qui ei tuendæ aliquando præfuit.
Mugonia.porta Romæ,a Mugitu,quod per eam venale pecus intraret.
Mugonia.porta quoq; Trigonia,id eſt,trium angulorũ appellatur.
Mulciber.Vulcanus dictus eſt a mulcẽdo.i.molliendo. (Ferro.
Muliadas.flu.Luſitaniæ.Strab.lib.13.an Munda.
Mulucha,ſiue Molochath.flu.eſt Mauritaniæ.Strab.
Mumaſtis.vrbs Cariæ,ciuis Mumaſtites.Steph.
Mũda.op.eſt Bæticæ Vello ciuili nobile.vul.Mũdeçara
Munda.flu.eſt Luſitaniæ in Oceanum defluens. Vulg Mondego.
Mundẽſis,a Mũda dixit Cæſ.in cõmẽt.et Suet.in Iulio.
Mundi.inſ.& emporium Aethiopiæ Aegypti.Ptol.
Munias.locus eſt Armeniæ apud Euſebium.
Mutium.opp.eſt Germaniæ.Ptol.
Munychia. tumulus curuus in Cherſonneſi faciem conuerſus.Strab lib.9.
Munychia.orum.feſta erant Palladis.vnde.
Munychias.portus Athenienſium.Pauſan.
Munychius.a.um.vnde Munychius Iuppiter.
Munychiates.ciui.eſt Arabiæ Petrææ.Ptol. hodie Medina Talbani,vbi Machumetis ſepulcrum.
Muræna.cognomen viri Romani,ab eo piſce deductũ.
